

etiam vermis fieri putetur? Non te hic turbet auditus, audi prophetam ex persona domini dicentem. Ego autem sum vermis, & non homo. Sic enim ipse est qui fit alij in ruinam, alij autem in resurrectionem, ita & ipse est qui nunc in manna, fidelibus quidem dulcedo mellis, infidelibus autem vermis efficitur. Ipse est enim sermo dei, qui iniquorum mentes arguit, & corripit num spiculis peccatorum conscientias terebrat. Ipse est qui, & ignis efficitur in cordibus illorum, quibus adaperit scripturas, qui dicunt. Nonn cor nostrum ardens erat intra nos, cum aperiret nobis scripturas. Et alij ipse ignis est, qui conflagrat spinas de terra mala, id est qui malignas cogitationes in corde consumit. Et ideo peccatoribus quidem, neq; vermis arguens inique moritur, neq; ignis exurens aliquando restinguatur. Iustis autem & fidelibus permanet dulcis & suavis. Gustate enim & videte, quoniam suavis est dominus. Ipse dominus, & Salvator noster Iesus Christus, cui est gloria, & imperium, in secula seculorum. Amen.

De inicio Decalogi.  
HOMILIA. VII. Cap. XX.

A



MNIS QVI DIDICIT  
contemner p̄sens seculū, quod  
figuraliter Aegyptus appellatur,  
& per verbum Dei, ut secundum  
scripturas dicas, translatus est, &  
nō inuenitur, quia ad seculū fu-  
turum festinat, ac tendit, de huius  
modi anima dicit dominus. Ego  
sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti,  
de domo seruitutis. Non ergo haec ad illos rāntum dī-  
cūtur, qui de Aegypto profecti sunt, sed multo magis  
ad te, qui nunc audis ista, si tamen proficisci ex Ae-  
gypto, & Aegypti vltra non ferias, dicit haec deus,  
Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Ae-  
gypti, de domo seruitutis. Vide si non negotia seculi,  
& actus carnis, dominus est seruitutis, sicut sursum econ-  
trario relinquere secularia, & secundum deum vivere,  
domus est libertatis. Sicut & dominus in euangelio di-  
cit. Si permanenteris in verbo meo, vos agnogetis ve-  
ritatem, & veritas liberabit vos. Ergo Aegyptus do-  
minus est seruitutis, Iudea vero & Hierusalem dominus  
est libertatis. Audi & apostolum de his secundum sa-  
pientiam que ei in ministerio data fuerat, pronuncia-  
tem. Quae autem sursum est (inquit) Hierusalem, libera  
est, quae est mater omnium nostrorum. Sicut ergo Aegy-  
pius ista terrena provincia filii Israeli dominus dicitur  
seruitutis, ad comparationem Iudeæ, & Hierusalem,  
que eis dominus efficitur libertatis, ita ad comparationē  
coelestis Hierusalem, que (vit ita dicam) mater est liber-  
tatis, totus hic mundus, & omnia qua in hoc mundo  
sunt, dominus est seruitutis. Et quoniam de paradiſo li-  
bertatis pro pena peccati ad huiusmodi ventum fue-  
rat seruitutem, idcirco primus sermo Decalogi, id est  
prima mandatorum dei vox de libertate profertur, di-  
cens. Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra  
Aegypti de domo seruitutis. Hanc vocem in Aegy-  
propositus, audire non poteras, etiam si tibi intungi-  
tur vel pænula facias, etiam si accingaris lumbos, & san-  
dalia accipias in pedibus, etiam si virgam tenas in  
manu, & azima cum amaritudine comedas. Et quid di-  
co in Aegypti positus haecaudire non poteras? Sed ne  
inde quidem profectus in prima statim mansione hac  
audire potuisti, nec in secunda, nec in tercia, nec cum  
trafices rubrum mare, etiam si ad myrrham veneris, &  
fuerit ibi amaritudo & in dulcedinem versa, etiam si in

## SVPER EXODVM.

Helim veneris ad duodecim fontes aquarum, & lxx. arbores palmarum, etiam si Raphidim præteritis ca-  
terisque profectus ascenderis, nondū ad huiuscemodi  
verba idoneus iudicari, sed cum peruereris ad mon-  
tem Sina. Multis ergo ante laboribus peractis, multis  
ærumnis, & temptationibus superatis, vix aliquando  
mereris præcepta suscipere libertatis, & audire a do-  
mino. Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de ter-  
ra Aegypti, de domo seruitutis. Verum hic sermo no-  
dum sermo mandatus est, sed qui si qui mandat, ostendit.  
Nunc ergo videamus quid sit initium decem ma-  
datorum legis, etiam si non occurrimus ad omnia ini-  
zia, saltem prout dominus dederit, explicitum. Pri-  
mum ergo mandatum est. Non erunt tibi dij alijs, præ-  
ter me. Et post hoc sequitur. Non facias tibi idolum,  
neque vilam similitudinem, quæcumq; in celo sursum  
sunt, & quæcumq; in terra deorum sunt, & quæcumq;  
sunt in aquis submersis terram, & non adorabis illa, neq;  
coleas illa. Ego enim sum dominus deus tuus, deus ze-  
lans, qui reddo peccata parum in filios in tertiam &  
quartam progeniem ih̄s qui oderunt me, & faciens mi-  
sericordiam in milia ih̄s, qui diligunt me, & qui seruat  
præcepta mea. Hoc omnia simul nōnulli putant vñū  
esse mandatum. Quod si ita putetur, non complebitur  
decem numerus mandatorum. Et vii iam erit decalo-  
gi veritas. Sed si eo modo dirimatur, quo & nos in su-  
periiori pronunciatione distinximus, integer decē man-  
datorum numerus apparebit. Est ergo primum man-  
datum. Non erunt tibi dij alijs præter me. Secundum  
vero. Non facies tibi idolum, neq; vilam similitu-  
dim, & cetera. Incipiamus ergo a primo manda-  
to. Sed & ego auxilio indigo ipsius qui hæc præcepit  
dei, ad dicendum, & vos purgationibus egitis auribus  
ad audiendum. Si quis ergo estrarum habet aures audiē-  
di, audiat quomodo dictum est, non erunt tibi dij alijs,  
præter me. Si dixister non sint dij præter me, abfoliutor  
sermo videtur. Nunc autem quia dicit, non erunt ti-  
bi dij alieni præter me, non negauit quia sint, sed ne illi  
sint cui hæc præcepta dantur, inhibuit. Hinc post &  
Apostolum Paulum sumpsisse illud, quod ad Corinthios scripsit, dicens, Siquidem sunt qui dicuntur dñi,  
sunt in celo, sive in terra. & addidit, Et sicut sunt dij  
multi, & dominii multi. Nobis tamē vñus deus pater,  
ex quo omnia, & nos per ipsum, & vñus dominus Ie-  
sus Christus per quem omnia, & nos per ipsum. Sed in  
multis alijs inuenies scripturæ locis Deos nominari,  
scit & alibi dicit, Quoniam deus summus, terribilis,  
& rex magnus super omnes deos. & Deus deorum do-  
minus loquutus est &, In medio autem deos discernit.  
De dominis idem Apostolus dicit. Siue throni, siue do-  
minatio[n]es, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso  
creata sunt. Dominationes autem nihil aliud sunt, q̄  
ordo quidam, & multitudine dominorum. In quo (vt  
mihi video) sensus legis lucidissimum fecit Apostolus  
Paulus. Tale est enim quod dicit, Licer sine multi de-  
omi, qui alij gentibus dominantur: & dij multi, qui  
ab alijs colantur, sed nobis vñus deus, & vñus domi-  
nus. Quid autem cause sit in dij multis, vel dominis  
multis, si intente, & patienter auditis, ipsa nos scriptura  
poterit edocere. Ait enim idem Moyses in Deuterono-  
nomi cantico, Cum diuideret (inquit) excelsum gētes,  
& dispergeret filios Adæ, statuit terminos gentium se-  
cundum numerum angelorum dei, & facta est portio  
domini populus eius Iacob, funiculus hereditatis eius  
Israel. Angelos igitur, quibus regendas gentes com-  
misit excelsus, vel deos appellari, vel dominos con-  
stat. Deos quasi a deo datos, & dominos quasi a  
domino sortiti sint potestatem. Vnde & dominus  
dicebat

B